

Illustri et Amplissimo  
 Jo. Jacobo Masceou  
 Senatori et Professore Lipsiensi

S. P. D.

Jo. Petr. Ancher sen

Iterates et assiduis precibus Junioris Domini de Bestüchhoff  
 negare non poterim, quin iterum literis ad Te Vir illustris  
 missis, Tuam fatigarem patientiam: incredibilem Tuam amore  
 ardet generose in oculis juvenis, et quo certior esse possit de  
 Tuo in studiis suis moderandis consilio me jubet et urget  
 Tuam in hoc operam exorare, velles apud Kappium nostrum  
 quem Te pronalbo exosculor, aut Dominum Schusterum, ad  
 Festum diei Johannis hospitem ei sexaginta ad summum  
 imperialibus conducere; si ipsi et servulo lecti suppeterint

plures non desiderat, mutavit enim consilium neq. Ephoro  
 sed Tibi praecipue Vir optime, Filii studiorum et vitae rationem  
 instituendam formandamq. concedere voluit Pater: illud  
 itaq. orat, pateant modo ei, circa illud tempus, nempe Johannis  
 velini cupusdam Tuorum aedes, quo. non in overforium, sed  
 Tuum velut hospitium adveniens statim queat overtere.  
 Ne quaso me in scribundo molestè sedulum judicaveris, ingratus  
 has nobis extorsit juvenilis et non sufflammandus in nobili  
 Juvene fervor; nam utut nihil nobis jucundius unquam  
 accidere potuit, quam Literarum a Te nobis redortarum frequens  
 et ut in amore fieri solet iterata sapius lectio, qua satiare  
 non possumus, ita Te hinc denuo interpellare non sustinuissem  
 ni manus in has velut coegisset nostras Befucheffius. Interim  
 haud ingratum Tibi Patrone in paucis colende, futurum reor,  
 me ipso indice certissimo, primum percipere: Regem nostrum  
 Serenissimum me in ordinem Professorum et Alesorum scriptoria  
 Hauniensis clementissime transferbere, eoque indignum honore  
 mactare voluisse, tabulis publicis in id 6 hujus mensis die  
 signatis; cum enim laetis satis conditionibus invitatus fortunam  
 Petropolin pararem transferre, praevertit benigne Patria Pater, et  
 me nihil optantem manus in patria detinuit. Vale Vir  
 Amplissime et me Tibi habe commendatissimum.

dab. Hauniae d 7 Aprilis MDCCXXVI